dibus dignissimis. ℞
Ista est speciosa inter filias
iherusalem sicut vidistis eam
plenam claritate et dilec
cione. In cubilibus et in ortis
aromatum. ℣ Specie tua et
pulcritudine tua intende pros
pere et regna. In ℳ︎. iii.
Succurrimus er
go ad deum per
beatam mariam ascendere
qui per ipsam ad nos dig
natus est descendere. Stu
deamus venire in gloriam
ipsius: qui per ipsam in no
stram miseriam venit
prius. O virgo beata per
te accessum habeamus
ad filium tuum inventrix
gracie genitrix vite. mater
saluatoris: ut per te susci
piat nos: qui per te datus
est nobis. Excuset apud

ipsum integritas tua cul
pam nostre corrupcionis: et
humilitas deo grata no
stre veniam impetret
vanitati. Copiosa cari
tas tua: nostrorum coope
riat multitudinem peccatorum:
et fecunditas gloriosa:
fecunditatem nobis conferat
meritorum. Domina
nostra mediatrix nostra ad
vocata nostra: tuo filio nos
reconcilia: tuo filio nos
recommenda: tuo filio
nos representa. Fac o
benedicta per graciam quam
invenisti: per prerogati
vam quam meruisti: per
misericordiam quam peperisti: ut
qui mediante te fieri
dignatus est particeps infir
mitatis et miserie no
stre: te quoque intercedente

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 436r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/436r)